



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Lvcivsrex M. 3. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Deb.  
E.S.V.  
cujus  
Dum  
teger.  
am in  
victor  
r. Sed  
r om-  
mare,  
tis est  
a non  
ris ab  
tē in  
ndum  
m vi-  
cūm  
a ad  
t non  
solus  
insu-  
aavit,  
minis  
s ad-  
e su-  
viviis  
, in-  
Sina-  
portu  
e,  
viore  
48113

3. Dec. VITÆ S A N C T O R V M . 593  
quàm umquam tentatione vexabimur , nisi per otio-  
um priùs spem totam in Deo reponere , atque ad eum  
impeditivè configere didicerimus ? Ex Epist. S.  
Franc. Xayerii ad socios Goanos.

S. L V C I V S R E X M. 3. Decembris.

I Gnosce iterum Anglia, quantum, heu ! quantum  
mutata ab illâ es, cùm præcones veræ fidei alicie-  
na regna Reges habuerunt tuos ! Sed age in me-  
moriā juxta mecum revoca avita decora. Lv.  
crys ille tuus ( è stirpe regiâ german ) puer jam  
Catholicæ fidei, & verò hæc illi etiam arrisit. Ni-  
nirum quin hanc amplecteretur, unum illud mo-  
ram injiciebat, quod nulli serè tunc nisi sanguine  
suo purpurati eam ambirent. Vbi verò primùm  
transire ad Christianorum partes etiam palmatas  
Rome togas inaudiit, quàm mox statuit etiam  
coronā suam Christo submittere. Igitur sanx fidei  
Doctores Româ ab Eleutherio Pont. accivit : mox  
è discipulo ipse etiam Doctor, & calcato regni  
fastu è rege Apostolus Augustam Vindeliciam  
venit. Constitit hîc operæ suæ fructus , ad fidem  
præter alios nobilissimâ familiâ adductâ. Sed &  
merces sua Lycio constitit, utpote qui verbera  
& lapidationem in lucro posuit, præcepſq; actus  
in puteum maximam scilicet inde voluptatem  
hausit. Nec verò hanc solùm Augustâ Coloniam,  
etiam alteram Reginoburgam adiit, neque priùs  
quàm Christum per omnem Vindeliciam Nori-  
cumque circumferret, morte beatâ Curiæ quie-  
vit. Gratias igitur Anglia tibi habemus exteræ  
nationes, &, si modò vis, vicem rependimus, no-  
stroſq; tibi Doctores ecce submittimus. Ex Brev.  
Cur. & Buv. S.

Pre-

Prestiosor mens ejus est, qua aurū deficit, quam  
que aurum requirit: maiores planè sunt divitiae;  
non habere aurum, sed aurum habentibus emines.  
Qui enim propriis abū dat bonis, seculi thesauros  
non requirit. S. Maxim. de SS. Thaurin.

## S. THEODVLVS C. 3. Decembris.

**A**scenderat in id fastigium honorum THEODVLVS, ut aula illum Theodosiana Praefectum salutaret. Verum his etiam altiora virtus ambiuit. Etenim quod aulae technas & infidias probè perspectas haberet, ludos facere hanc vici-  
sim voluit. Quare assēm omnem (Philippeorum millia quinque supra quinquaginta) liberalis pat-  
fione in miserios abjecit, ipse columnam Eedes-  
ascendit, inde aulae fastus, minas, pericula, omnia  
despecturus. Ita mundo & sese altior respuit jam  
cum homunculis prandere, cœpitque cum Cœli-  
tibus solā ambrosiā, hoc est, Angelorū pane, dein-  
ceps vesci. Post annos sic traductos xxx. cupido  
subiit scire eccliam ex Dei amicis vita meritis  
æquiparandus foret. Responsum è cœlo, Cornelio  
Mimo æquandum. Rubore expressit hoc THEO-  
DVLO: Adiit tamen virum, & hæc deniq; sibi fateri  
coëgit: mimicam artem à primis annis tractasse,  
nunc cùm in mentem ultima illa nec ficta mundi  
scena venisset, serium se & frugi esse, nuperque  
ad eo, ut pudori nescio cuius matronæ, unaque  
decoctoris ejusdem viri, qui à creditoribus in  
vinculis tenetur, libertati consuleret, vestem &  
supclœtem vendidisse, & corrogatum inde qua-  
dringentorum aureorum assēm alienæ milieræ  
donasse. Laudavit tam bene clausam à Mimo fa-  
bulam